

CAP. XXII.

ELECTUARIA.

ELECTUARIUM AROMATICUM.

R. Pulveris Aromatici partem unam,
Syrupi corticis Citri Aurantii partes duas.

Misce, diligenter subigens, ut fiat Electuarium.

ELECTUARIUM CASSIÆ FISTULÆ.

R. Pulpæ Cassiæ Fistulæ partes quatuor,
——— Tamarindi Indicæ,
Mannæ, utriusque partem unam;
Syrupi Rosæ centifoliæ partes quatuor.

MANNAM in mortario tritam, leni calore, in
Syrupo solve: dein adde pulpas, et continuato
calore, ad idoneam spissitudinem redige.

ELECTUARIUM CASSIÆ SENNÆ: olim,
ELECTUARIUM LENITIVUM.

R. Foliorum Cassiæ Sennæ uncias octo,
Seminum Coriandri sativi uncias quatuor,
Radici Glycyrrhizæ glabræ contusæ uncias
tres,
Fructûs Fici Caricæ,
Pulpæ Pruni domesticæ, utriusque libram
unam,
—— Tamarindi Indicæ libram dimidiam,
Sacchari purissimi libras duas cum semisse.

SENNAM cum Coriandro tere, et per cribrum
separa pulveris misti uncias decem. Residuum
cum Caricis et Glycyrrhiza in quatuor libris A-
quæ decoque ad dimidium; dein exprime et cola.
Liquorem colatum per vaporationem absume ad
libram circiter unam cum semisse. Postea adde
Saccharum ut fiat syrupus. Hunc syrupum adde
gradatim pulpis; et postremo immisce pulverem.

ELECTUARIUM MIMOSÆ CATECHU : olim,
CONFECTIO JAPONICA.

℞. Extracti Mimosæ Catechu uncias quatuor,
Kino uncias tres,
Corticis Lauri Cinnamomi,
Nucis Myristicæ moschatæ, utriusque unciam
unam,
Opii, in Vini albi Hispani quantum satis sit
diffusi, drachmam unam cum semisse,
Syrupi Rosæ Gallicæ, ad mellis spissitudinem
cocti, libras duas cum quadrante.

REDIGANTUR solida in pulverem ; et admistis
Opio et Syrupo, fiat Electuarium.

ELECTUARIUM OPIATUM : olim, ELECTUA-
RIUM THEBAICUM.

℞. Pulveris Aromatici uncias sex,
Radici Aristolochiæ Serpentariæ in pulverem
tenuem tritæ uncias tres,
Opii, in Vini albi Hispani quantum satis sit
diffusi, unciam dimidiam,
Syrupi Amomi Zingiberis libram unam.

MISCE, fiat Electuarium.